1524.



Sigismundus primus rex Polo-
niae, Balbo.

121

Reverende sincere nobis dilecte. Mittentes isthuc ad sedem apostolicam hunc nuntium nostrum, et te isthic esse ex magnifico Christophoro palatino Cracoviensi compertum habentes, pro nostro in te favore, et tua erga nos fide satis explorata, commisimus ipsi nuntio nostro, ut opera et consilio tuo isthic in omnibus uteretur. Itaque postulamus à te, velis illi, et iis negotiis quae acturus est, et quae nos valde habent sollicitos, non deesse, quod officium tibi uberrima gratia nostra referre curabimus. Datum